

## STATUTUM I.

**De lectione Statutorum ante electionem Praepositi.**

Quemadmodum leges ab omnibus sciri. (l. 9. C. de Legib.) ita ab omnibus debent observari. (l. 3. C. eod.) Ideo ut fiat utrumque statuimus et districte observari praecipimus, quatenus leges et statuta sequentia, ne quis ab eorum observatione ignorantia excusetar, qualibet die electioni Praepositi Domus inferius destinata, ante ipsam electionem per ultimum Collegii Professorem legantur, ut ex eorum praescripto quilibet sese informet, quomodo et qualiter in hac inelyta Domo se gerere et negotiis ejus prospicere debeat. Leges enim et Statuta dant formam futuris negotiis. (c. 2. et fin. de Constit. et l. 7. C. de Legib.) tuncque instituantur ac ligare incipiunt, cum promulgantur, firmanur, cum moribus utentium approbantur. (can. In istis. §. Leges. dist. 4.)

## STATUTUM II.

**De electione Praepositi Domus.**

Ut in Apibus unus princeps est, Grues ordine literario sequuntur unam. (can. in Apibus. 7. 9. 1.) ita in omni bene ordinata communitate, unus, qui ejus curam habeat, debet esse. Proinde statuimus, ut praemissa Sancti Spiritus invocatione, qualibet Commutatione, Aestiva quidem die 19. Aprilis, Hyemali vero 19. Octobris aut his vel haram aliqua feriali die, aut aliquo alio legitimo praedimento impeditis vel impedita, aliis vel alia proximiori die non impedita, Praepositus Domus, extradita ad hoc per anteriorem Praepositum officium Praepositurae terminantem Convocatione, per CC. DD. Collegas actu Collegium inhabitantes et ad Commune Collegii Stubam, ad tertium pulsum Campanae in habitu decenti congregatos, idque ex turno, noviter vocato et ad Collegium admissio Professore excepto (qui praeter turnum, ratione ingressus sui ad Collegium, semel praepositare, electionemque sub poena Quinque Marcarum irremissibiliter solvere et pro arbitrio Communitatis convertere, sive ex turno sive ratione ingressus de se factam acceptare debet) ascendendo vel descen-

dendo eligatur ita, ut hoc officium ad singulos, nisi cum aliquibus praecipue senso vel meritis gravatis dispensare vellet Communitas, devolvatur. Efficacius enim comissa gerimus officia, si Nostra cum Fratribus partimur onera. (c. Mandata. de Praesumpt. et. c. fin. de Offic. Archiep. presb.).

### STATUTUM III.

#### De electione Consiliariorum Domus.

Experientia ut pote (jux. c. Quamvis. de Elect. in 6.) rerum Magistra efficacissima docemur, oculos plura videre, quam oculum. (Vesembec. de Stud. Jur.) et multas manus reddere onus levius, quam unam. (Frideric. Scot. Cons. 1. n. 297. Tom. 1. Lib. 2). Ideo statuimus et in posterum statutum haberi volumus, ut electo Praeposito domus duo per electionem, unus videlicet ex CC. Doctoribus, alter ex Professoribus habito semper respectu ad turnum et Expraepositum addantur in Convocatione Electionis Praepositi Consilarii, qui illum in oneroso officio suis adjuvent consiliis. Facilius namque peragitur officium, quod duorum fuerit societate comprehensum. (Cassiodor. Lib. 12. variar. form. epist.)

### STATUTUM IV.

#### De munere Praepositali diligenter obeundo.

Quoniam omnium Actionum (ut inquit Patricius Lib. 5. tit. 20. de Regn.) sit Magistra diligentia, ac ea remota, omnia quasi veterno composita in tenebris jacent et in caligine delitescunt. (Jacob. Aleman. Consult. 8. quaest. princ. 2. fol. 66.) Ideo hoc statuto Clarissimum Praepositum Collegii pro tempore existentem obligatum haberi volumus ac eundem obligamus, ut pro munere suo quam maximam diligentiam circa vindicandos Census adhibeat, vindicatos alios ad Mensam, alios pro dismembrationibus et aliis necessitatibus juxta obloquentiam pientissimarum Foundationum tum pro solutione salariorum et septimanalium Familiae Domque converti, Domum in omni honestate et decore, Familiam in rigore, conservari eamque de malo corrigi et ad bo-